FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

Alte Drucke

VARINI CA=||MERTIS APOPHTHEGMATA AD BENE BE=||atéq[ue], uiuendum mire conducentia, nuper ex limpidißimo græ=||corum fonte in Latinum fidelitur ...

Varinus, Camers

Cracovia, 1522

ILLVSTRI DOMINO CHRISTOPHORO DE SCHYdlouuiecz Comiti Palatino ac praefecto Craeouiensi, Regni Poloniae Canoellario summo etc. Iodocus Ludouicus Detuis à regijs secretis. S. D.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150535

Visual Library

ILLVSTRI DOMINO CHRISTOPHORO DE SCHY- dlouuiecz Comiti Palatino ac præfecto Cracouienſi, Re gni Poloniæ Cancellario ſummo etc. Iodocus Ludouicus Detius à regijs ſecretis.

S. D.

NAturam cunctos homines æqualiter produxiſſe, omniū
ante hac ſapientiſſ: philoſophorū traditione, arcanarūq;
literarum ſententia adparet, quanq̃ iuſta utiq; pro meritorū ra-
tione, dei (ſed ignota) diſpenſatione (ut hominū afflictione delinq̃
formidēt, qui diuino neglecto iudicio ad labem præcipites agun
tur) alij alijs præſunt. Hos tamen eò minus nominis gloria infla
ri licet, quò magis ꝓpria reijcienda, ac ſubditorū ſola iuſticia q̃-
rēda eſt. Atq; igitur, eos, q̄ in altis diuino nutu præfecti agūt, ſuo
labore uniuerſæ reip: otiū parare ſūme addecet, ut ſic eorū uigi-
lijs, illa dormiat, occupatiōibus qeſcat curis et ſollicitudinibus iu-
ſtis uerſetur in delitijs. Et quos natura pares genuit, deus qdem
præficiāt iuſtitia, pietate, prudētia, ſctā cura, quàm quouis alio ſu-
periores, nominis ſui gloriā honoriſq; quærāt magnitudinem,
quos equidem nulla illecebris decet uoluptas, quæ omnibus nu-
meris damnata ex bonorum albo extincta eſt. At quòm natu-
ra (quod memini) pares utiq; uniuerſos produxerit homines, cō
ſtat tamen, ipſa dei diſpenſatione, omnes qui præſunt, ſupra fa-
tum, quibuſdam naturæ elegantiſſ: dotibus excellere. Quod nimi
rum literarum acquiſitione, longoq́; imperandi uſu comparari
creditur. Quare ego infelicem rempu: omnem iudicauerim, quæ
non longis exemplis, & maiorū probatis uiuit inſtitutis. Cuius
item principes & magiſtratus, ueris literarū diſciplinis uacui,

ſua ſola inertia contenti, res omnes ex præſenti fortuna metiun-
tur. Verum felicem putauerim eam rempub, cuius magiſtratus
maiorum iuſtis ac deſcriptis legibus uiuunt, alienis fortunis ſua
omnia moderantur. Hæc aũt ſola lectione, cum hiſtoriarum tũ
antiquorum philoſophorũ ſapientia aſſequi poſſe, nemo addubi
tat. At non multis, multarũ lectio comes, quò enim in rep: aſſi-
duiores, tantò in bonis literis rariores eſſe queunt, quò fit, ut ex
re principũ fuerit manu hos libellulos geſtare, quibus ceu indice
in uniuerſam philoſophiam utantur. Ad hoc mihi libellus Ro-
mæ nuper in manus incidit, qui omnia reip: neceſſaria philoſo-
phorum ueterum ſententijs, quaſi uberem domeſticam ſupellecti
lem, abundantis domus contextam depromit. Illico putaui eum
huius regni magiſtratibus utilem fore, quãdo. n. inter multas &
idem difficiles curas longæ lectioni uacare non ualeant, hunc a-
pophthegmatum libellum è græco uerſum habeant, quò etiam
ueram in rep: philoſophiam cognoſcant, quiq; tàm bene ab om
nibus audire cupiunt, facere quoq; bene diſcant, atq; ſic incor-
ruptam uirginem, pudoris ac caſtitatis iuſtitiam colere alijſq; tũ
colendam tum adorandam exhibere poſſint, & luxu omni po-
ſito, pietati deinceps ſtudeant, ſubditis factis, quàm uerbis ſint
exemplo. Quã dilucide hic libellus hæc omnia doceat nihil ſcri-
bere placet quando adeò breuis ſit, ut citius perlegi, quàm iuſta
epiſtola poſſit. Ita etiam clarus ut noſtro Encomio nõ egeat. Sed
ut omnibus copia daretur, placuit Marco bibliopola efficiente
illum in quingenta exemplaria æreis notis tranſſcriptũ Illuſtri
tuo nomini dedicare, ut alioqui utilis & clarus, tuo patrocinio
ac munere, nobilitati noſtræ fieret cõmendatior, quòm. n. in hac
repub: non tam fato, quã uirtute, iuſtitia, pietate, adfectu in re-

ligionem, & bonis literis (quibus hæc ſola parantur) ornatus, in primas creueris partes, recte erit tuo præſidio hunc exire, ut quod tu ſingulos facere uelis, dicere tamen non potes, tuo hic dicat nomine, tuoq; exemplo ſummum ſe nobiliſſimumq; putet, qui ad tuendam iuſtitiam ſit & animoſior & crebrior, ſintq; tandem qui præeſſe maxime affectant uirtutibus (te præeunte) clariores, ne præter rationem naturæ, qui in æquales depoſcunt imperium, uideantur efferri. Eſt.n. haud uulgaris uirtus alijs bene iuſtis præſcriptis legibus imperare, ſiue id perpetuo, ſiue certo circumſcripto temporum curriculo, fato ſit conceſſum. Hæc uero ut per compendiũ legantur effeci Ill: T. ea efferẽs in cuius uirtutibus collaudandis ego nullum mihi deſumo negotium, q̃d ſint longe extra cõmunem aleam, nec paucis explicanda. Et ego (quod noſti) maxime adulationis abhorreo uitium, ne item libello epiſtola ſit (ſi iuſte omnia percenſeantur) longior, finẽ facio Ill: T. boni conſul, gratioſo uultu, ut ſolet clementer oĩa, alienũ quidem laborem accipiat, quẽ ſi probet, omnibus probatũ nõ dubitauerim. Et Decio in gratiam cõmẽdato Valeat Ill: D. T.

Crac: 17 Nouembris.

1522.